



Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

IV. † Pilegrimi Archiepiscopi Colon. circa an. 1030.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

B. Irmgardem recreauit, moxq; fama illius prodigij in Clerum diuulgata, fertur Episcopus solemniter instituta supplicatione, cœlestem hostiam in caput Crucifixi condidisse, vnde plurimorum clareat signorum editione, ipsumq; Crucifixi caput ita conclusum esse, ac si nunquam hiatu vlllo laborasset. Quo omnes tum Episcopus tum Clerus ac Ciues in stuporem dati, cum B. Virgine Irmgarde, cereis aliisque piis muneribus honorarunt Crucem, atque in hodiernum diem perpetua Lampade illustrarunt.] Hactenus historia vitæ S. Irmgardis, in qua quæ ad calcem adiiciuntur, ostendunt Christi pendentis effigiem eandem esse, quam à Gerone cœlestis Hostiæ & S. Crucis imposita particula à rimarum vitio curatam scripsit Synchronos Dithmarus.

IV. ✠

PILEGRIMI ARCHIEPISCOPI
Colon. circa an. 1030.

A Sseruatur quoque in Metropolitana Coloniensium æde, Domini-
B
nicæ

nicę Crucis segmentum auro gemmisq;
coopertum, quod à Pilegrimo Archie-
piscopo Principeq; Electore posteris
relictum, post annos demum quingen-
tos ab Illustrissimo Capitulo, suo pristi-
no restitutum est nitori: Eius hæc repe-
ritur inscriptio:

Ob Christi Saluatoris Nostri
Laudem, Crucis hoc venerabile
signum auro gemmisq; ornatum
Piligrinus Antistes dicari statuit:
A Posteris vero Decano & Capi-
tulo Metropolitano renouatum
est, Carolo V. Romanorum Impe-
rium, & Hermanno Pio à Weda
Sedes suas Coloniae & Paderbor-
næ foelicissimè gubernantibus.

V. VI. ✠

AD SANCTVM GE-
REONEM.

Segmen **I**N illustri Basilica BB Gereoni & so-
S. crucis **I**cuis Martyribus ab Helena Augusta
ad S. Ge Crucis Repertrice quondam excitata,
reonem. fragmen